



## Bibliographische Daten

Titel: Alexander de Villa Dei; De forma vivendi monachorum; Perikopen;  
Novum Testamentum. - Nürnberg, STN, Cent. I, 81  
Signatur: Cent. I, 81

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

ad eos. Hec sunt verba que locutus sum ad uos cum adhuc essem uobiscum: quoniam necesse est impleri omnia que scripta sunt in lege moysi et prophetis et psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum: ut intelligerent scripturas. et dixit eis. Quoniam sic scriptum est et sic oportebat pati christum et resurgere a mortuis tertia die: et predicari in nomine eius penitentiam et remissionem peccatorum in omnes gentes incipientibus ab ierosolymis. Vos autem estis testes horum: et ego mitto promissum patris mei in uos. Vos autem sedete in ciuitate. quo ad usque induamini uirtute ex alto. Eduxit autem eos foras in bethaniam: et eleuatis manibus suis. benedixit illis. Et factum est dum benediceret illis: recessit ab eis. et ferebatur in celum. Et ipsi adorantes: regressi sunt in ierusalem cum gaudio magno. Et erant semper in templo: laudantes et benedicentes Deum. Amen. ¶



**S**anctus iohannes euang. ta

**H**ic est iohannes euangelista primus ex discipulis dei. qui uirgo electus a deo est. que de nuptijs uolente nubere uocauit deus. Cui uirginitatis in hoc duplex testimonium in euangelio datur. quod et preceteris dilectus a domino dicitur. Et huic matrem suam pendens in cruce commendauit domino. ut uirginem uirgo seruariet. Denique manifestans in euangelio. quod erat ipse incorruptibilis uerbi opus nichilans solus. uerbum carne factum esse. nec lumina a tenebris comprehensum fuisse testatur. primum signum ponens quod in nuptijs fecit dominus et ostendens quod ipse erit. ut legentibus demonstraret. quod ubi dominus inuitat est deficere nuptiarum unum debeat. Et ueteribus inmutatis noua omnia que a christo instituantur appareant. ¶ Hoc autem euangelium scripsit in asia postea quam in pathmos insula scripserat apocalypsim ut cui in principio canonis incorruptibile principium promittat ei etiam incorruptibilis finis per uirginem in apocalypsi redderet dicente christo. Ego sum alpha et omega. Et hic est iohannes qui sciens superuenisse diem recessus sui. euocauit discipulis suis in epheso. per multa signorum experimenta promens christum. descendens in defossam sepulture sue locum facta oratione positus est ad patres suos tam extraneus a dolore mortis quam a corruptione carnis inuenitur alienus. In per omnes euangelium scripsit. et hoc uirginem debebatur. quod tamen uel scriptorum temporis dispositio uel librorum ordinatio ideo a nobis per singula non exponit ut sciendi desiderio collocato et querentibus fructus laboris et deo magisterij doctrina seruetur. ¶ Capitulum primum.